Caſu contenta.triſtes flentes lachrimantes

¶ Homoptoton eſt cum plura idem ſcantia in vna orōne ponuntur vt triſtes flentes lachrymātes Et dr alio nōie ſimiliter cadens

pq̄ñ dictiones

Homoteleuton

Cum plures voces ſub fine tenentur eodem

talis figura sc in fine

Homoteleuton erit.huic carmina conſona ſubdis.

sc carmina ſupple carmina

Atq3 leonina ſimul et caudaria iunges

¶ Homoteleuton eſt cum plures voces ſeu dictiones tenenentur ſub eodem fine.i.ſimiliter terminant̄.vt puella horrida bella. Et huic figure ſubduntur carmina conſona in medio et in fine.et carmina leonina.et carmina caudaria.ſcilicet richmi in quibus tenetur conſonantia finalium ſyllabarum.

diuerſos talis figura

polyptoton

Per varios caſus diſtincta polyptoton implet

.i.orō integra sc figura

Clauſula.littoribus contraria littora.fluctus

rogo contrarios

Fluctibus eſſe precor.populis pplōs inimicos

¶ Polyptoton eſt multitudo eorundem nominum varietate caſuū diſtinctorū vt pcor littora eſſe ɔtraria littoribꝰ. fluctꝰ ɔtraria fluctibus

Hyrmos

Longa tenens ſeriem ɔſtructio dicit̄ hyrmos

Principio celum ac terras campoſq3 liquentes

Lucentēq3 globum lune titaniaq3 aſtra

Spiritꝰ intus alit eſt virgilius tibi teſtis

¶ Dicit autor ꝙ hyrmos eſt ſeries ɔtinuate orōnis. tenorē ſuū vſq3 ad vltimā ſeruans Et ponit exemplū virgilij. Principio celum ac terras campoſq3 liquentes. Lucentemq3 globum ꝛc.

varias talis pars orationis ſociat

Polyſyntheton

Diuerſas voces coniunctio plurima iungit

Si polyſyntheton eſt materq3 paterq3 nepoſq3

¶ Polyſyntheton eſt orō nexa ɔiunctionibꝰ.vtꝫ in textu. vt materq3 paterq3 nepoſq3. vel Athamaſq3 thoaſq3 pelideſq3 neoptolemus primuſq3 machaon

cōiunctione adiunguntur

Cum ſine iunctura varie voces ſociantur

Dictio.ſi ſubſit.cum ſit precedere digna

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 G 38

De hirmos

Dialyton facient. rex miles plebs negat illud | Dialyton

¶ Dialyton ſiue aſyntheton eſt figura ſupiori ꝯria. Fit em̄ qn̄ varie dcōnes ſine ꝯiunctōibꝰ ad inuicē ſociant̄. vtz hic (Rex miles plebs negat illud) Aliud exm̄ Ferte citi flāmas date tela impellite remos.

illefigure

Ulta tropi ſpecies metaphora metonymia | De ſpecibus tropi

Antonomaſia catachreſis vel metalepſis

Onomatopeia vel epitheton et homozeuſis

Synecdoche vel periphraſis ſimul allegoria

iungis illam figuram p̄dictis talis iuncta

Addis hyperbaton his. et hyperbole ſit ſociata

¶ Dicto de figuris excuſantibꝰ barbariſmū et ſoloeciſmū. ſequit̄ nūc videre de figuris excuſantibꝰ vicia annexa q̄ quidē ꝯtinent̄ ſub tropo Et eſt tropꝰ ſermo a p̄ncipali et naturali ſ̄catiōe trāſlatꝰ ad aliquē ſi̇militudinem exornande orōis grā Cuiꝰ tredecim ſunt ſp̄ēs quas Alexā-
ꝑ quando eq̄lis (der enumerat in littera.

Cum res eſt alijs ſimilis ꝑ nomine nomen

Eſt exemplum

Ponitur. vt cum ſit homo ſimplex dicitur agnus

talis figura

Debet metaphora dici tranſlatio talis | metaphora.

¶ Hic autor ponit primam ſp̄em tropi que dr̄ metaphora Et eſt metaphora rerum verborūqꝫ tranſlatio a ꝓpria ſ̄catione ad improprianꝫ p ſimilitudinē decoris aut neceſſitatis. aut emphaſeos gratia. Verbi gratia Eſt aliquis ſimplex et dicam illum hominē eſſe agnum p ſimilitudinem. qꝛ agnus dicitur eſſe ſimplex. ꝑpter eius innocentiā. Metaphora fit ſex modis. Primo ab animali ad animale. vt hic. Tiphyn aurigam celeres fecere carine. Ab agitore em̄ ad gubernatorem trāſtulit. Scdo ab inanimali ad inanimale. vt pelagus tenuere rates. ꝑ nauibus rates dixit. Tercio ab animali ad inanimale. vt At procul excelſo miratus vertice mōtis Pro cacumine v̄tice dixit. qui eſt aialium tantū. Quarto ab inaīali tantuꝫ ad aiāle. vt ſi tm̄ pectore robur conſpicis. a ligno em̄ ad hoiem tranſtulit. Quinto ab eo qd̄ p̄cedit ad id qd̄ ſequitur. vt ſpem vultu ſimulat. p leticiam que ꝓuenit ex ſpe. Sexto ab eo qd̄ ſequit̄ id qd̄ p̄cedit. vt Meriteqꝫ expectent p̄mia palme. ꝑ v̄tute ex qua palma ꝓcedit. Et eſt duplex metaphora. ſcꝫ reciproca. et vnius ptis Reciproca metaphora eſt que facile conuerti p̄t vt altum mare. celumqꝫ ꝓfundū. Poſſumꝰ em̄ ꝯuertere ſcꝫ altū celū mareqꝫ profundum. Unius ptis metaphora eſt que cōuerti non pōt. vt germinare vites. fluctuare ſegetes. volitare nubes. In iſtis em̄ rebus germina fluctus et alas non inueniemus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 G 38

talis figura

Catachreſ

Sit catachreſis. vbi ſub nomine res alieno

eſt exemplum

Signatur. ſic piſce carens piſcina vocatur

¶ Catachreſis eſt vſurpatio nõis alieni. vt piſcina eſt locus piſcium nihilominꝰ interdum ſumit̃ ꝓ loco piſcibꝰ carẽte. dum tñ ſit aquoſus. Aliud exemplum. vt patricida qui fratrem vel vxorez occidit. cũ ille proprie eſt patricida qui patrem occidit.

precedente talem figuram

Metaleps

Pro preeunte ſequens poſitum faciet metalepſim

Ut cum ſignificas annos dic per tot ariſtas

¶ Metalepſis eſt dictio gradatim pergens ad id qđ oſtendit (vt cum ſignificas annos tot ꝑ ariſtas. In quolibet em̃ anno ꝓducuntur ariſte et ideo per tot ariſtas. tot annos ſignificas. Aliud exemplũ. vt ſpeluncis abdidit atris. ab atris em̃ nigre intelligunt̃. a nigris tenebroſe. et per hoc in preceps profunde.

multos inuenimus illius figure

metonymia

Plures eſſe modos reperimus metonymie

pro qñ .i. ecõuerſo

Cum ꝓ contento. quod ꝯtinet. aut viceuerſa

locatur .i. econuerſo

Ponitur. aut factor ꝓ facto vel retrouerte

¶ Metonymia eſt dictio ab vna ꝓpria ſignificatione ad aliã ꝓpriam tranſlata. Et fit ſed modis. Primo cum ponit̃ continens ꝓ contẽto. vt nec pateras libate iouis. pateras pro vino. Secundo cum ponitur contentum pro continente. vt crateres magnos ſtatuunt et vina coronant. vina pro crateres. Tercio cum ponitur inuentor vel dominans pro inuento ſeu ſubiecto. vt ſine cerere et baccho friget venus. pro ſine pane et vino. Quarto cum ponitur inuentum vel ſubiectuz pro inuentore vel dominãte. vt vinum precemur. pro bacchũ Quinto cum ponitur efficiens pro effectu. vt meſtũqz timorem. qui meſtũ faciat. Sexto cum ponitur effectum ꝓ efficiente. vt ſi melior remis infert em̃ velocitatem que ꝑ remos fit.

talis figura exceſſus

Antonomaſia

Antonomaſia ſolet excellentia dici

.i. nomẽ ꝓprie qualitatis

Si proprium taceas nomen ponens generale

hoc nomeu ꝓprium

Sic dauid inſinuas nomen dicendo ꝓpheta

¶ Antonomaſia eſt ſignificatio vice nõis poſita. vt ſaturnia iuno Et fit tribꝰ modis. ſ. ab animo. vt magnimuſqz anchiſiades pro eneas A corpe. vt atqz his aligerũ dictis affat̃ amorem. pro cupidine. Et ab ex

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 G 38

trinſecis dcōnibus. vt Infelix puer atqꝫ impar congreſſus achilli. ꝓ infelix troilus. Antonomaſia fit quando nomē commune ponit̃ pro proprio. vt cum dicimus propheta intelligimus dauid Et hoc fit vt excellentiam denotemus.

Epitheton

talis figura est exemplum
Si iungas ꝓprium voci rem ſignificanti
Sit epitheton. vt ſi dicas triſtia bella

¶ Epitheton eſt ꝑpoſita diſtinctio ꝓprio nomini. aut ornādi. aut deſtruendi. aut iudicandi cauſa. Ornandi. vt dia cauilla. Deſtruendi. vt ſcelerūqꝫ inuentor vlixes. Iudicandi. vt lariſſeus achilles Et fit tribꝰ modis. Primo ab animo. vt pius eneas. et ꝯtēptor diuum mezentius Scdo a corpore. vt pulcer iuliuus et leta venus. Tercio extrinsecꝰ. et hec in plures ſpēs diuiſa eſt. Aut a loco. vt itacꝰ vlixes. Aut ab actu. vt enea nutrix caieta. Aut ab euētu. vt inſula diues opū tenedos.

Synecdoche

s^c aliquam integro .i. totū ꝓ parte
Si partem ſumas pro toto vel viceuerſa
talem figuram Eſt exemplum
Synecdochen facies dicens hec eſt caput alba

¶ Synecdoche eſt ſ̄catio pleni intellectus cū plus minuſ ve pronūcias. Sit em̄ ſi ꝑtem ſumas pro toto. vt puppeſqꝫ tue pubeſqꝫ tuoꝝ. a puppibꝰ em̄ naues. et a pube oēs ſocios ſ̄cat. aut ecōuerſo vt ingens a v̄tice pontus. per ingens pars ponti. Duplex eſt ſynecdoche. ſcilꝫ conſtructionis et locutionis. Synecdoche ꝯſtructōis ꝯtinet̃ ſub ſchemate. et eſt ſpēs antiptoſis. De ſynecdoche locutionis hic loquitur.

Onomatopeia

talem figuram fingas
Onomatopeiam facies ſi nomine ſumas
De ſonitu tracta: ſic ſus ſcropha dicitur eſſe

¶ Onomatopeia eſt nomē fictū vel de ſonitu tractū. vt timitꝰ aeris. clangor tubaꝝ Sic etiā ſus dr̄ eſſe ſcropha a ſonitu quē facit. ſic etiam tintinabulum ⁊ taratanta dicta ſunt a ſonitu.

Periphraſis

Periphraſis circumloquiū de iure vocatur
.i. in ꝓlatione v̄boꝝ deſcribere cōgruam
Cum verbis curas attollere rem tibi gratam
Aut iu re turpi verbis non turpibus vti

¶ Periphraſis eſt numeroſior dcōnū in diuerſa rei ſ̄catiōe ꝯgregatio v̄boꝝ ambitu rē deſcribēs. Et fit duobus modis Priº ornande rei cā que pulcra eſt. vt venuſtatē ſplēdide ꝓducat. vt etiā ꝑma nouo ſpargebat lumine terras Titoni croceun linquēs aurora cubile. Poterat em̄ dicē. Iā lucebat. vel dies ortus erat. Scdo vitāde rei cauſa q̄ turpis eſt. vt ſeditatē circuitu deuitet. vt placidūqꝫ petiuit. Cōiugis effuſus gremio ꝑ mēbra ſoporē. His em̄ verbis cōcubitū oſtendit

Hyperbole Trāſcenſus veri manifeſtus hyperbole fiet

Aſtra ferit ſonus armoꝝ: clangorqꝫ tubaꝝ

¶ Autor dicit ꝙ hyperbole eſt tranſcenſus manifeſtus) id ē exceſſus (veri) id eſt veritatis. Et fit vel cauſa augendi. vt niue candidior. vel minuendi vt teſtudine tardior ibat.

dcōnū faciet talem figuram

hyperbaton Locum turbatꝰ formabit hyperbaton ordo

Huius ſunt quinqꝫ ſpēs Sintheſis huic themeſis ac hyſterologia ſubſunt

His et anaſtropha vult pariter parentheſis addi

¶ Hyperbaton eſt vboꝝ tranſgreſſio quendam ordinem pturbans. Cuius ſpēs ſunt quinqꝫ. ſ. hyſtrologia vel hyſteronproteron. ſyntheſis. themeſis. anaſtropha. parentheſis.

talis figura vocari

Hyſteron et proteron ſolet hiſterologia dici

ſcꝫ hyſtrologia debitum ordinem variat

Hec fit cum rectam ſeriem ſententia mutat

Eſt exemplum

Hi cererem torrere parant et frangere ſaxo

¶ Hyſteron ꝓteron vel hyſterologia fit qñ mutatꝛ ordo ſententie cū recta ſerie vboꝝ. vt ptꝫ in hoc exemplo (Hi cererē ꝛc.) Nā prius frangere ſeu molere debēt cererē ꝛ grauū ꝙ̄ torrere ſeu decoquere. Aliud exemplum Mores mitis et menia condet. prius enim menia condūtur. deinde leges dantur.

talis figura .i. ſermo

Syntheſis ſecunda Syntheſis eſt omni confuſa locutio parte

Eſt exemplum

Nos virtute lauat qui labem criminis ornat

¶ Syntheſis eſt obſcurum hyperbaton ex omni parte confuſum. vt patet in illo exemplo. (Nos virtute lauat ꝛc.) Eſt eñ ordo ille. qui lauat labem criminis ornat nos virtute. Aliud exemplum. Tris nothꝰ arreptas in ſaxa latentia torquent. Saxa vocant itali medijs que in fluctibus aras. Quorum ordo eſt. Tris ſcilicet naues abreptas nocti bus torquet in ſaxa. Que ſcilicet ſaxa in his medijs fluctibus latentia itali vocant aras.

talem figuram in duas partes diuiſa

Tercia themaſis. Dat themaſim binas in partes dictio ſecta

Eſt boree regio ſeptem ſubiecta trioni

¶ Themaſis eſt vnius dcōnis ſectio vna dcōne vel pluribus interiectis vt ptꝫ in textu. (Eſt boree regio ſeptem ſubiecta trioni) Ecce ſeptentrioni eſt vna dictio que diuiſa eſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 G 38

talis figura est exemplum

Fiet anaſtrapha ſic. ſurgit mare littora cōtra — Quarta anaſtrapha

¶ Anaſtrapha eſt vboꝝ tantūmō preposter⁹ ordo. vt (ſurgit mare littora contra) Ecce illa prepoſitio (contra) deberet ꝑponi ſuo caſuali. ⁊ poſtponitur ſuo caſuali.

.i. clauſula clauſulam interponis

In clauſa clauſam ſi commiſces alienam

talis figura prelia

Inde parentheſis eſt princeps. qꝛ bella parātur — Quinta parentheſis

inimici ſatellitib⁹ defendit

Hoſtes. militibus vrbes premunit et armis

¶ Parentheſis eſt interpoſita or̄o diuerſe ſm̄e vt pꝫ in lrā. Princeps (qꝛ bella minantur hoſtes) militibus vrbes ꝑmunit et armis. Aliud exemplum. Aeneas (neqꝫ patrie conſiſtere mentem) Paſſus amor rapidum ad naues premittit achatem.

ſignificat s^c ſignificatum

Cum deſignatur aliud q̄ꝫ clauſula ſignat

talis figura ſcꝫ allegorie

Allegoria datur ſeptem ſpecies dabis illi — Allegoris h⁹ ſunt ſeptem ſpecies.

iſte figure

He ſunt antiphraſis charientiſmos et enigma

Atqꝫ paroemia ſarcaſmos et ironia

Antiſmos tandem predictis ſit ſocianda

¶ Allegoria eſt tropus per ſimilitudinem vel contrarium qua aliud ſ̄catur q̄ꝫ dicitur. vt laterem lauans. aerem verberans. id eſt tempus perdens vel inutiliter expendens. Huius ſpēs enumerat autor in lrā et ſubſequenter declarat.

ꝑma ſpēs allegorie .i. contrariū ſenſum

Antiphraſis ſermo ſignans contraria dictis — Prima antiphraſis

.i. denſum nemus luceſcit

Sic lucum dices quia raro luce niteſcit

¶ Antiphraſis eſt dcō ecōtrario ſ̄cans. vt bellū q̄ſi minime bonū. lucus q̄ſi minime lucēs vel raro luceſcit. parca eo qꝛ minime parcit.

talis figura .i. dura prolatio vboꝝ

Eſt charientiſmos cum ꝓfers dura relatu — Scđa charentiſmos

Gratius. hinc hamon nomen traxiſſe videtur

¶ Charientiſmos eſt de quo dura relatu gratius ꝓferunt aliq̄. vt cū interrogam⁹. Nunqd nos queſiuerit aliqs. reſpondeat bona ſalus. vl' fortuna. ex quo intelligit neminem nos queſiuiſſe

Tercia enigma

.i.non manifeſta ſententia talis figura
Obſcurus ſermo quaſi mirandus ſit enigma
Eſt exemplum
Patrem ꝓgenies occidit matris in aluo
Quam mater genuit generauit filia matrem

¶ Enigma eſt obſcura ſententia per occultam ſimilitudinem rerum vt (Patrem progenies ꝛc.) Et de beato thoma cantuarienſi intelligitur. Nam ipſe erat pater animarum. progenies vero humana occidit eū predicantem (in aluo matris) ſcꝫ eccleſie (Quā mater genuit) per matrē ſ̄cat̄ aquam in glaciem ꝯuerti. et ex eadem rurſus effluere

Quarta paremie

Si preponantur ꝓuerbia publica dices
talem figuram
Eſſe paremiam lupus eſt ſermone ſub iſto.

¶ Paremia eſt accomodatū reb⁹ temporibuſqꝫ ꝓuerbiū Rebus. vt aduerſus ſtimulū calcitra. i. ſuꝑbis reſiſte. Temporib⁹ vt lupus eſt in fabula. i. tace. Erunt em̄ aliqui de aliquo fabulantes et ſuꝑueniētes quidam odioſi eis. vt ſermo retrahat̄ alter eoꝝ dicat hoc prouerbium lup⁹ eſt in fabula. qđ etiam cōmuniter vſitatur

Quinta ſarcaſmos.

talis figura
Sarcaſmos ſolet hoſtilis deriſio dici
iuuante ſerie loquendi
Auxiliante modo dicendi ſignificata

¶ Sarcaſmos eſt plena odio atqꝫ hoſtilis deriſio (Auxiliante mōdicendi ſ̄cata) .i. cū talis deriſio fit cū modo. vt hic Eſt agros et ꝗ̄ꝫ bello troiane petiſti. Heſperiam metire iacens. Aliud exemplū de euangelio Alios ſaluos fecit. ſeip̄m non p̄t ſaluū facere. Si rex iſrael eſt deſcendat nunc de cruce ꝛ credem⁹ ei. Item Oēs quos ꝑcuſſiſti gladio mortui ſunt. cum hoc dicitur alicui qui neminē gladio ꝑcuſſit. Sarcaſmos eſt figura quam ꝯmittimus mordendo aliquem in ſermone. et huic contrariatur antiſmos.

Sexta ironia

dcōes .i. verbis talem figuram
Per voces dictis contraria dāt ironiam

¶ Ironia eſt oro̅ vboꝝ ſenſus in contrariū reddēs pronūciantis grauitate adiuta. vt hic Nunc et metiri lectū euertere parentis Et dicit̄ ab iron qđ eſt eleuare. q꞉ in ſermone ironico elauamus vultum et geſtum. Aliud exemplum Egregiam vo laudē et ſpolia ampla refertis. Tuqꝫ puerqꝫ tuus imanum et memorabile nomen. Vna dolo diuum ſi femina vita duorum eſt.

Septima antiſmos

Urbane ludens verbis non concitus ira
illam figuram
Antiſmos facies, hircos mulgere laboras

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 G 38

De ſpeciebus allegorie

¶ Antiſmos eſt multiplicis virtutis figura Antiſmos em̄ vocat̄ quic quid ruſtica ſimplicitate caret. et faceta ſatis vrbanitate expoſituꝫ eſt vt patet hic (hircos mulgere laboras) quod tm̄ valet ſicut nihil facis Ecce pulcrum exemplum antiſmos Bauius et meuius fuerūt duo poete parum ſcientes et multum odiebant virgilium. Virgilius em̄ hoc paruipendens voluit eos vrbane deludere. et ideo compoſuit iſta duo carmina. Qui bauium nō odit amet tua carmina moeui. Atqꝫ idem iungat vulpes. et mulgeat hircos. Quaſi dicat ꝙ vtriuſqꝫ carmina vilia erant et tantum facit qui ſequitur ea quantum qui iūgit vulpes et mulget hircos. Item antiſmos eſt cum dicitur Fili mulieris vltro virum rapientis. id eſt filius meretricis dixit ſalue o nate. Item Apl's. Vtinam et abſcindantur qui vos conturbant. Et eſt antiſmos contraria figura de ſarcaſmos.

talis figura s^e minus notam
Eſt et homozeuſis quando rem ſignificabis — homozeuſis
s^e re magis nota s^e ꝑ ſimilitudinem
Ex alia cui rem poſſis conferre priorem
s^e res s^e rem
Que ſit nota minus ꝑ eam que notior extat
ille figure
Tres ſpecies icon paradigma parabola ſubſunt

¶ Homozeuſis eſt minus note rei ꝑ ſimilitudinē ei⁹ (q̄ magis eſt nota demonſtratio. Huius ſunt tres ſpecies. ſcilꝫ icon parabola. et paradigma. Subſequenter declarat eaſdem ſpecies

eodē ꝯpationē facit talem figurā
In ſimili genere. qui ꝯpat. efficit icon — Prima iconicaſmos vł catatiptoſis
s^e figura antiquorū talis figura
Hec ſolet ex vſu qn̄qꝫ parabola dici

¶ Icon eſt ꝑſonaꝝ inter ſe vel eoꝝ (q̄ ꝑſonis accidunt) ꝯpatio. vt Os humeroſqꝫ deo ſimilis Interp̄tat̄ icon imago. Et nota ꝙ in exemplo predicto fit ꝯpatio aenee ad deū in pulcritudine Aliud exemplū Vidimus gloriam eius q̄ſi vnigeniti a p̄re. Item neqꝫ nubent neqꝫ nubentur. neqꝫ ducent vxores. neqꝫ em̄ vltra mori potuerunt. equales em̄ angelis ſunt. Hec figura ex vſu dici ſolet parabola.

Sed dici poterit de iure parabola. ſi quis — Secunda parabola
.i. impares ꝯpationē facit
Inter diſſimiles res ꝯpat. vtputa ſemen
.i. vbum dei .i. qđ cecidit in terram bonam
Eſt euangelium quod nutriuit bona terra
.i. cecidit ſup lapidem .i. cecidit inter ſpinas
Quod petra ſuſcepit. qđ ſpine detinuerunt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 G 38

¶ Parabola eſt rex diſſimiliū ꝯpatio (vt puta ſemen ⁊c̄.) hoc eſt exm̄ Silitudo exēpli ptz. ſi vbū dn̄i pceptum in corde boni viri nutritur. hoc eſt fructificat. ⁊ in corde mali viri nō. Sꝫ p ſilr̄itudinē clarius oſtē-dit̄ hoc Semen ꝯpat̄ euāgelio ſiue vbo dei. bona terra ꝯpat̄ bono cor di. petra ꝯpat̄ malo cordi. Aliud exm̄. Ut veluti magno in pp̄lo cū ſe-pe coorta eſt ſeditio. Et pabola fit octo modis Primo p habitus. vt q̄-lis in eurote ripis. aut p iuga cynthi exercet diana choros. Scd̄o per mḡnitudinē. vt Ceu duo nubigine cū vertice mōtis Tercio p colorē. vt Indum ſanguineo veluti violauerit oeſtro. Si qs ebur. Quar-to p vocē. vt q̄lis mugitus fugit cū ſaucius arā. Taurus. Quinto per energiā. vt In ſegetem veluti cū flāma furētibꝰ auſtris Incidit Sex-to p altitudinē. vt Qual̄ aeree liquētia flumina circum. Siue padiri pis Septimo p effectū. vt ſic funere pmo Attonite patuere domꝰ. cū corpa nondū. conclamato iaceāt. Octauo p ſimilitudinē ⁊ veritatem vt nō ſic aggeribꝰ ruptis cum ſpumeus amnis Exit

talem figuram .i. primo ꝯpationē facit poſtea

Tercia pa-radigma

Hic paradigma facit q̄ primū comparat et poſt

Aſſignat ſimile: domini ſunt ſemina verbum

ſe ſunt .i. que non habet deuotionē

Spine diuitie. mens arida petra vocatur

¶ Paradigma eſt enarratio exēpli hortātis et deterrētis Et fit qn̄ pri mo fit ꝯpatio. ⁊ poſtea p talem ſilr̄itudinē illa talis ꝯpatio declarat̄. vt ptz in lr̄a. Nā fcā eſt mentio de ſemine de ſpinis ⁊ de petra. ⁊ poſtea il li termini declarant̄ hoc mō Semina ſunt vbū dei. ſpine ſunt diuitie tpales. petra eſt mens arida. Et fit p modū hortātis. vt hic. Antenor potuit mediis elapſus achiuis. Illyricos penetrare ſinus ⁊c. Aliud exm̄. vt Helias erat ſilr̄is nobis paſſibilis. et orōne orauit. vt non plue-ret ſup terram. ⁊ non pluit. Item in euāgelio. Reſpicite volatilia celi que non ſerunt neqꝫ metūt neqꝫ ꝯgregant in horrea. ſed pater veſter celeſtis paſcit ea Aut p modum deterrentis. vt hic Aut non ſic phry-gius penetrat lacedemona. Ledeāqꝫ helenā troianas vexit ad vrbes Aliud exm̄ habet̄ in euāgelio In illa hora q̄ fuerit in tecto ⁊ vaſa eius in domo nō deſcēdat tollere illa. ⁊ q̄ in agro ſilr̄ nō redeat retro

Protheſiof paralange.

ſe prepoſitiua ſeruās ſcationem .i. ppōnis

a Lterius vox vna tenens vim prepoſitiue

talis figura

Ut ſupra pro de fit protheſioſparalange

¶ Executo ſingulatim de figuris ſecundum ordinem Donati. hic pſe-ſequitur de quibuſdam figuris que poſſunt retorqueri diuerſimode ad predictas Dicit ergo ꝙ protheſioſparalange eſt vnius prepoſitio nis pro altera poſitio. vt ſupra pro de. vt in Uirgilio. Multa ſuper priamo id eſt de priamo. In pro inter. vt accepit eum in vlnas ſuas. id eſt inter vlnas. Benedicta tu in mulieribus id eſt inter mulieres.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 G 38

De prothesios paralngea

et ſic de alijs. Et dͬ a protheſis quod eſt prepoſitio. ⁊ paralange muta
tio q̄ſi mutatio prepoſitionis in prepoſitionem

pro q̄n denotas

Cum plus ſignificas dicens minus. hec tibi ſiet

illa figura affirmando .i. duplex negatio

Liptota. fit ſub ea firmando negatio bina — Liptota

¶ Liptota eſt cum minus dicim⁹ ⁊ plus ſ̄camus. vt mihi iuſſa capeſ
cere fas eſt. Vel fit q̄n due negationes faciunt vnam affirmationem.
vt nōnunq̄ȝ legi. i. multotiens legi. Et h̄ȝ fieri per negationem magis
affirmando ſententiam. vt non mediocriter conturbat̄ animus me⁹
id eſt valde conturbatur animus meus

talem figuram

Deſcribendo locū topographiam faciemus — Topographia

¶ Topographia eſt loci vera deſcriptio. vt in Ouidio. Et ſini⁹ aduncos modice falcat⁹ in arcus. Aliud exemplū. Eſt in ꝯſpectu tenedos notiſſima fama. inſula. Eſt ⁊ alia figura dcā topotheſia. et eſt loci ficta deſcriptio. vt Eſt in ſeceſſu longo locus inſula portū. Efficit obiectu la(terum ⁊c.

talis figura

Chronographia ſolet certum deſcribere locum tēpus

¶ Chronographia eſt tp̄is deſcriptio. vt in Ouidio. Nāq̄ȝ ſub aurora iam dormitāte lucerna. Tpe quo cerni ſomnia vera ſolent ⁊c. Et dͬ a chronos. i. temp⁹. ⁊ graphos ſcriptura. Aliud ex^m Temp⁹ erat quo prima quies mortalibus egris. Incipit — Chronographia

ſ^c res .i. ecōuerſo

Si dicat̄ agens patiens res vel viceuerſa

ꝓ vel equali

Siue modo ſimili tibi ſit conuerſio facta — Hypallagium

illa figura .i. bucce ꝑflauerūt fiſtulam

Fiet hypallagium. perflauit fiſtula buccas

¶ Hypallagiū eſt ordo ſm̄e cum v̄bis mutat⁹. Fit em̄ q̄n agēs ponit̄ ꝓ patiēte vel ecōuerſo. vt ptȝ in lr̄a (ꝑflauit fiſtula buccas). i. bucce ꝑflauerūt fiſtulā. Aliud ex^m. Date claſſib⁹ auſtros. ꝓ claſſes auſtris

faciens talem figuram

Perſonāq̄ȝ nouam formans dat proſopopeiam — Proſopopeia

¶ Proſopopeia eſt noue ꝑſone fictio. Fit em̄ q̄n res aiata ⁊ rōnalis loquitur ad rem inanimatam vel econuerſo. vel q̄n rationale loquitur ad irrationale vel econuerſo

ꝑſone nō p̄nti diſpoſit⁹ talis figura

Abſenti ſermo direct⁹ apoſtropha fiet — Apoſtropha

ſ^c perſone .ſ. in conficiendis ep̄lis

Sic loquor abſenti ſcripto dum mitto ſalutem

¶ Aſtropha eſt ſ̄monis a ꝑſona ad ꝑſonam directio Et ſic fit. vt ſi ſa

ctus fuerit ſermo de aliquo in perſona tercia. et poſtea dirigatur ad eun
dem in ſecunda perſona. vt Nec te tua plurima panthu labantē pie
tas. ne apollinis texit. Huius etiam exempla plurima reperies in au
toribus et in litteris miſſiuis.

s. nomen i. nomē ſubſtātiuū mutatum
Endiadis / Eſt adiectiuum ſubſtantiuo reſolutum
i. ſubm in adiectm talem figuram facio
Aut econuerſo. ſic endiadim tibi formo
Armatumq̧ virum deſigno per arma virūq̧
Armatoq̧ viro decet arma virūq̧ notare

Endiadis eſt adiectiui in ſubſtantiuum vel ſubſtantiui in adiectm
permutatio ſiue reſolutio. vt in Virgilio. Arma virūq̧ cano. ⁊ in lra
Armatūq̧ virum ⁊c. Et fit duobus modis ſcz cōiunctim et diſiunc
tim. Coniunctim fit quando adiectiuum et ſubſtantiuum ſimul po
nuntur vt in littera. vt armatum virum Diſiunctim fit quando ſolū
adiectiuum ponitur vel ſubſtantiuum

i. extra pncipale ppoſitum diſcurrit
Echaſis / Extra materiam deſcribens vana vagatur
s. grammatici ſic dictam
Autor et hanc plures echaſim dixere figuram

Echaſis eſt quedam euagatio materie. vel eſt digreſſio quedā a pn
cipali materia. vt apud georgica Virgilij in tempeſtatis deſcriptiōe
apparet. Sed nota ꝙ hec figura nihil oportet niſi reuertatur ad pro
poſitum ſuum qđ ſi fiat pulchra eſt

talis figura cōmittitur ſubſtantm
Emphaſis / Emphaſis efficitur ſi fixum ꝓprietatem
notificans locas adiectiuū
Deſignans ponis. vbi decet mobile poni
dico manifeſte ꝓ eſt ſceleratus
Sic loquor exp̄ſſe dicens dauꝰ eſt ſcelus ipſum

Emphaſis eſt expreſſiua locutio Et fit cum volentes exp̄mere ali
quod accidens vtimur nōie ſubſtātiuo ꝓ adiectiuo ſignificāte illud
accidēs ad maiorē exp̄ſſionē. vt ſi ponatur ſcelus ꝓ ſcelerato. vt dauus
eſt ip̄m ſcelꝰ. i. ipſe dauus eſt ſceleratus. et nō eſt aliꝰ ſicut ipſe.

talis figura reſoluens p̄cedentia
Ephexegeſ / Eſt ephexegeſis exponens dicta priora

Ephexegeſis eſt ſuccinta expoſitio precedentium. vt hic Legerat
huius amor nomen titulumq̧ libelli. Et hoc fit ad exprimendum
ſententiam intentam.

pro qū taces i. male talem figuram
Euphonia. / Cum retices quod turpe ſonat dices euphoniam
Circuit hec. et reliquie dant religioq̧

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 G 38

¶ Euphonia eſt bona ſonoritas in dictione ↄſiderata. vt in hac dicti one (circuit) et non circuiuit (reliq̄e) et non relliquie (religio) et non rellisgio (meridies) et non medidies

talis figura ſc ſuppoſitū

Dicit̄ eſſe lepos ſermo direct⁹ ad vnum — Lepos

dcōne pl̄alis numeri eſt exemplum

Utens plurali. velut hic noſtis bene preſul

¶ Lepos interp̄tat̄ vrbanitas loquēdi Et eſt lepos ad vnā pſonā pluralis numeri ſmonis directio. vt ptȝ in lrā. (Noſtis bene preſul) id ē prelatus. hec figura inuenta eſt cauſa honoris

pro tali accn̄te locare

Pro numero numerum. ꝓ caſu ponere caſum

talis figura diſcōueniētia

Sic facit antitheſis. inter ſe diſſona iungens — Antitheſis

frequenter locari

Sepius audiui tempus ꝓ tempore poni

Ludere ludebant ad ludendū qȝ vocabāt

.i. vnū tempus ponit̄ ꝓ alio

In prophecijs mutantur tempora ſacris

¶ Antitheſis eſt accn̄tis ꝓ acciden te poſitio. Et fit qn̄ caſus ponitur pro caſu vt Vrbē quam ſtatuo vr̄a eſt. Numerus ꝓ numero inquātum reſultat improprietas ↄſtructibilium. vt turba ruunt. Vel aliter vt multo milite. i. multis militib⁹ Tps ꝓ tpe. Vn̄ Vgili⁹ Exaudiri gemit⁹ ꝓ exaudiebat̄. Et in prophecijs ponit̄ preteritū pfcm̄ ꝓ futuro. vt in Daniele Affuit hircus ab aquilone ꝛc. vbi ponitur affuit ꝓ aderit. et hoc fit cauſa maioris certitudinis.

per talem figurā correſpondent

Uerba per antitheton reſpondent vltima primis — Antitheton

Sunt daniel noe iob caſtus rectorqȝ maritus

¶ Antitheton put ſumit̄ in h̄ loco eſt ſubſequentiū ad p̄cedentia reductio. vt cū ſingula ſingulis correſpondēt. vt ptȝ in lrā (Sūt daniel ꝛc.) Caſtus reducit̄ ad li daniel. rector ad noe. maritus ad Job. Sit etiam antitheton cū contraria ↄtrarijs opponūt̄. vt apud Ouidiū primo metamorphoſeos. Frigida pugnābant calidis. humētia ſiccis. Mollia cum duris. ſine pondere hn̄tia pondus

.i. reſponſum dans opponenda

Reſpondens ad ea tibi que ſunt obijcienda — Antipophara

ↄmittis talem figurā queratur

Das antipopharam. cum nil tn̄ obijciatur

¶ Antipophara eſt tacite obiectioni p̄lata rn̄ſio. vt hic ſonat lrā. Exm habet̄ in Ouidio Via nāqȝ tuo ſenior te q̄re remiſſo Retulerat nato neſtor at ille mihi. Aliud exm Nihil mihi reſcribas. attamē ipſe veni

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 G 38

contrarios talis figura

Anticlaſis — Senſus oppoſitos notat anticlaſis eodem

Uerbo non obſto.ſed toto poſſe reſiſto

¶ Anticlaſis eſt ſme ↄtrarie in orōne cōtinua poſitio. vt ptȝ in littera (non obſto.ſȝ toto poſſe reſiſto) Et dr ab anti qd eſt ↄtra. ⁊ claſis ſma.

cū ſmone permutat talis figura ſententiā

Antimetabola — Cum verbis vertit antimetabola ſenſum

Non vt edas viuas.ſed edas vt viuere poſſis

¶ Antimetabola eſt in orōne ↄtinua ſermonis cū ſma pmutatio. vt ptȝ in littera. Non vt edas viuas.ſed vt viuere poſſis edas

.i.loqui aliquid aliquādo ſc qd famur

apoſiopiſis — Incipim9 fari quicqȝ quandoqȝ. ſed illud

voluntarie ceſſamus interrumpimus

Ultro deſinimus.intercipimuſqȝ tacendo

exigit talis figura

Uult apoſiopiſis dici defectio talis

¶ Apoſiopiſis in colorib9 rhetoricis vocatur precifio Apoſiopiſis eſt ſententie per orōnem interceptio.Et fit qñ incipimus fari quicqȝ ⁊ vltro id eſt voluntarie (deſinim9 illud) quod intercipimus tacendo illud. vt in hoc exemplo Therentij.Ego ne illam.que illū que me.que me non.hoc eſt ne illam digner aduentu meo.que illū prepoſuit mihi que me ſpernit. que me non ſuſcepit heri.Aliud exemplum Nunqd ego.recolo que tu.ſed dicere nolo.

talis figura vno locare aliud

Euphoniſmos. — Euphoniſmos erit ꝑ verbo ponere verbum

Exultat domini laudem mea lingua ſuperni

¶ Euphoniſmos eſt poſitio verbi pro verbo Unde pſalmus Exultauit lingua mea iuſticiam tuam.i.cum exultatione decantauit Etiaȝ patet in lra (Exultat domini laudem)

id eſt accidens variat talis figura

Synepthes — Contingens verbi mutat ſynepthesis.ecce

.i.vna creata ſcȝ eua ſc mulieres

Unica facta fuit mulier.q̄ ſunt modo plures

variatio .i.nrm modū loquēdi

Illa ſed in noſtꝝ mutatio non venit vſum

¶ Synepthesis eſt accidētis permutatio in oratione diuerſa . Et fit duobus modis. Primo quando fit permutatio numerorum.vt patet in littera (Unica mulier facta fuit que ſunt modo plures.et continet ſub ſylepſi. Secundo quādo fit permutatio perſonarum vt hic (Domini eſt ſalus ⁊ ſuper populum tuum benedictio tua) Et hec ſpecies

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 G 38

reducit̃ ad apoſtraphaz. Nota ꝙ hac figura non licet nobis vti. ideo dicit Iſta ſed in noſtrum ⁊c.

.i. due ſpẽs iſta figura
Dicuntur bine ſpecies hec ſyntheſis eſſe
sᶜ q̃ dicta eſt sᶜ illud accñs mutamus
Scilicet hec et ea qua perſonam variamus

Nobis parce deus noſtros lauet ille reatus

¶ Quaſi dicat ꝙ ſyntheſis fit duob⁹ modis. vt diximꝰ ante. Cõſtrue (ſpecies ſyntheſis dicant̃ eſſe bine .ſ. hec) ſupple de qua dictum eſt in precedentibus v̾ſibus (et ea qua). i. ꝑ quam (variamus). i. mutamus (perſonam. vt patet ibi (Nobis parce deus. noſtros lauet ille reatus Ecce primo in ſecunda perſona loquimur cum dicimus parce. Deĩ in tercia cum dicimus lauet.

exigit talis figura sᶜ paucis ſignificare
Vult oligopomenon ex dictis plura notare
.i. cognita relatione narrare
Noto ſermone ſic plura decet memorare
incendit filiũ regis ſcꝫ helenã vxorẽ sᶜ ꝑ vim illũ vix ma-
ſcꝫ carnal̃ troianoꝝ regꝫ menelai ad bellũ gnanimum
Urit amor paridem. nuptã rapit. armat atridem
vindicta. ſcꝫ inter grecos templũ .i. poſtq̃ꝫ troia capta fuerit ſuc-
et troianos palladis cendit̃ et funditus euertitur
Ultio pugnatur. fit machina. troia crematur

¶ Oligopomenon eſt ſub paucis v̾bis multoꝝ ꝯprehenſio. vt ptꝫ in textu. in quo ꝑ duos v̾ſiculos tota hiſtoria troiana ꝯphendit̃. Aliud exemplum. Mors mala. mors intus malus actus. mors foris vſus. Tumba. puella. puer. lazarus iſta notant.

Oligopomenon

declarans talis figura .i. ignota .i. ꝑ eque ignota
Exponens erit homophoſis non nota per equa
incognita eſt exemplum
Vel magis ignota. dic alchitrop eſſe cauillam

Que tenet allidadam cum valdagora ſociatam

homophoſis

¶ Homophoſis eſt expoſitio ignoti ꝑ magis vel eque ignotũ. vt cum querit̃. quid eſt palmito as are. rñdetur pretaxo as are. vel qñ ꝑ grecũ exponitur latinũ. vt interrogando q̇d ſit homo. et rñdeatur antropos. Idem eſt in exemplo littere. Pro cuiꝰ euidentia notandũ. ꝙ in aſtrolabio ſunt quedã tabule ad modũ ligni vel lapidis diſpoſite. q̃rũ vna dicit̃ allidada. et alia valdagora que adinuicem coniuncte ſunt mediante cauilla. que dicitur alchitrop.

multotiẽs ꝓlata repetit .i. ſacra ſcriptura
Sepe prius dicta geminat tibi theologia

Epimone

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 G 38

Epimoneqꝫ notat hec ſi repetitio fiat
Vt quod dicetur. ſic certius eſſe probetur
Expectando dauid expectans ſic geminauit

¶ Epimone eſt eiuſdē dictionis repetitio immediata. vt Amen amē dico vobis. Et ſic reducitur ad epizeuſim. Alij dicunt ꝙ epimone fit quando dictio non tota repetitur. ſed principium tm̄. vt pſalmus Expectans expectaui dominum. Hec figura multum reperitur in ſacra ſcriptura. Ideo d̄t (theologia geminat tibi ſepe prius dicta). Et hoc fit vt illud qd̄ dicetur ſic ꝓbetur eſſe certiꝰ Deinde ponit exemplum dauid dicentis Expectando dauid ꝛc. Aliud exemplū. Cantans cantabo. laudans laudabo.

Antropoſpatos

alique associantur .i. ideo
Si que ſunt hominis aſſignantur deitati
talis figura ſc est
Antropoſpatos eſt ſic ſepe dei legis iram
¶ Antropoſpatos eſt cū humane res aſſcribunt̄ deo (ſic tu legis ſepe dei irā. vt in pſ̄. Dn̄e ne in furore tuo arguas me neqꝫ in ira tua corripias me. Iraſci em̄ et furere ſpectāt ad hoies. et non ad deum.

Homopathion

Si ſint res alique concordi federe nexe
Id quod ineſt vni reliquam dices operari
Sic linguam cordi concordem dic meditari
Ac homopathion iſtam dic eſſe figuram
¶ Homopathion vel homopachion eſt attributio vnius proprietatis alteri vt innuit littera ¶ Cōſtrue igitur ſic (Si alique res ſunt nexe) id eſt coniuncte (concordi federe) ad operationez aliquam (tu dices reliquam) id eſt alteram earum (opari qd̄ ineſt vni) ipſarum rerum Deinde exemplificat dicēs (Sic linguam cordi concordem ꝛc.) Lingua em̄ et cor ſunt cōiuncte cōcordi federe. nam lingua proferre habet cor vero meditari Si ergo attribuo proprietatem cordis lingue vel econuerſo committo predictam figuram. vt dicendo. lingua mea meditatur et cor loquitur.

confirmatum valeat ſeruandum
Nil reor aſſertū quod nō queat eſſe tenendum
notaui vales ſequi
Pluraqꝫ ſignaui que non debes imitari
¶ Quoniam exigitur modus ſciendi in ſcientia demonſtrata. hinc eſt ꝙ autor finiturus propoſitum. et ꝯcludens docet modum intelligendi ea que dixit. Et quia triplex eſt grammatica. ſcꝫ preceptiua permiſſiua et prohibitiua. ideo concludens ſe excuſat preceptiuam precepiſſe. permiſſiuam permiſiſſe. et prohibitiuam prohibuiſſe. Conſtrue

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 G 38

(nil reor aſſertum).i.ꝯfirmatũ in iſto oꝑe (qd̕ nõ queat eſſe tenẽdũ) Vel ſic (Nil reor eſſe tenendũ qd̕ non queat eſſe aſſertũ).i.ꝯfirmatũ per autores ſeu ꝑ aliquos autorum.

talem librũ ptãte auxiliãte compleui
Doctrinale dei virtute iuuante peregi
grãꝝ actiões o pater ſaluator
Grates reddo tibi genitor deus ⁊ tibi chriſte
.i.fili .i.o ſpũſſancte
Nate dei deus. atq̃ tibi deus halitus alme

Quas tres pſonas in idem credo deitatis

¶ Quia nõ eſt opꝰ rectum cuiꝰ deus nõ eſt finis et initiũ. hoc autor ꝯgnoſcẽs regratiat̃ deo patri. deo filio. ⁊ deo ſpũiſcõ. a quo incipit. per quem mediauit. et in quo opꝰ ſuũ debite ꝯſummauit. ¶ Conſtrue ſ̃ ſic Ego (peregi).i.expleui (ꝟtute dei) que eſt ipſe deꝰ (iuuante).i.auxiliante. Eſt enĩ deus omniũ bonoꝝ cauſa ꝑ ſe. Unde o (genitor deus) ego (reddo tibi grates).i.grãs. Et o (chriſte nate dei deus) reddo tibi grates (atq̃) pro et. o (halitus alme deus).i.o ſpũſſancte deus reddo tibi grates (Quas tres pſonas) ſcz patris et filij ⁊ ſpũſſancti. ego (credo in idem deitatis).i.vnã eſſentiaz diuinitatis. Ac ſi diceret q̃s tres perſonas ego credo eſſe vnum. licet alia perſona ſit patris. alia filij alia ſpiritusſancti. Cui q̇dẽ ſoli deo tenemur grãꝝ actiões reddere. vt nos deducat ꝑ gratũ principiũ ⁊ aptum mediũ ad finem feliciſſimum.

¶ Alexandri grammatici due partes. tercia videlicet et quarta finiunt feliciter. Delf Impreſſum Anno dñi. M.cccc.xcvi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 G 38

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 G 38

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 G 38

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 G 38

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 G 38

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 G 38